

Lectio quinta : Ubi est ?

Julia : Salve, ubi habitas ?

Davus : In Roma habito.

Julia : Estne Roma in Hispania ?

Davus : Minime, Roma in Italia est.



Julia : Hispania et Italia in Europa sunt. Habito in Britannia. In Europa quoque est Britannia et magna insula est.

Davus : Sicilia quoque magna insula est ! In Graecia quoque multae insulae sunt sed parvae sunt.

Julia : Ubi est Graecia ?

Davus : Graecia in Europa quoque est. Marce, num habitas in Gallia ?

Marcus : Non in Gallia sed in Aegypto habito. In Africa est.

Julia : Arabia quoque in Africa est !

Davus : Minime ! Arabia in Africa non est sed in Asia ! Estne fluvius in Aegypto ?

Julia : Ita est ! Rhenus in Aegypto est !

Marcus : Minime ! Rhenus non in Aegypto sed in Germania est ! Fluvius magnus Nilus est in Aegypto. Suntne fluvii in Italia ?

Davus : In Roma, fluvius Tiberis est. Non magnus, sed parvus est.

